



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1601. usque ad annum 1605

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1776

VD18 90118790

§. 89. Congregationes LI. LII. LIII. & LIV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67204](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67204)

§. LXXXIX.

Sæc. XVII.
A. C. 1604.Congregationes LI. LII. LIII.
& LIV.

Postmodum die septima Maji in Con- *Acta Secret.*
gregatione quinquagesima prima *Argentor.*
agitabatur sequens quæstio: *In quo dif-* *collect. Jud.*
ferant motivum pietatis Christianæ, & Univers.
tom. 3.
motivum, quod actus fiant intuitu & con- *p. 169.*
templatione bonitatis & justitiæ Dei: cum
ii actus fiant ex timore & amore Dei, e-
tiam super omnia?

Circa hoc dubium Bastida Molinam vindicaturus, discrimen posuit inter motivum Christianæ pietatis, & motivum justitiæ & bonitatis Dei super omnia dilecti: idem vero esse utriusque motivum judicarunt Censores in sequenti Congregatione die octava ejusdem Mensis habita. Rursus vero de eodem dubio actum est die vigesima octava Maji in Congregatione quinquagesima tertia, quam sequebatur censura die vigesima nona ejusdem Mensis in Conventu quinquagesimo quarto pronuntiata, his verbis: *Quoniam Patres Societatis, ut vindicarent propositiones Molinæ a nota erroris, constituebant in præteritis sessionibus, tanquam principium sibi certum: Hoc obiectum, Deus est summe bonus & justus, & propterea summe amandus, quia magna at-*

Sæc. XVII. que innumera in nos contulit beneficia, de
 A. C. 1604. ditque pro nobis Filium suum in mortem
 esse objectum indifferens ad actum natura-
 lem & supernaturalem: voluit Sanctissimus
 Dominus Noster, ut expenderetur, quæ
 veritatem hoc principium haberet; polle-
 que de hac re singulare quoddam dubium
 videlicet: an quando intellectus proponit
 voluntati Deum amandum & colendum, et
 summe bonum & justum, præmiantem
 tutem præmio vitæ æternæ, & proprie-
 summe amandum, quia pro nobis vitam
 sanguinem profudit, & scelera punientem
 æterna damnatione; possit dici, quod pro-
 ponat eum tanquam objectum naturale tan-
 tum, an etiam supernaturale; aut tanquam
 indifferens ad actum naturalem & super-
 naturalem? & an hoc modo dicatur illud pro-
 ponere, tanquam rem ad fidem pertinentem
 & sic tanquam objectum fidei?

Circa hanc propositionem resoluta
 Congregatio, objectum prout proponitur
 Dubio, non esse naturale, aut indifferens
 ad actum naturalem vel supernaturalem; sed
 omnino supernaturale, & ad supernaturale
 tatem restrictum; ita ut attingi non possit
 a voluntate humana, sine gratiæ divini
 auxilio, maxime cum complectatur Mysterium
 Incarnationis Filii Dei, & mortis ipsius,
 quam pro nobis passus est: quod S. Augu-
 stinus docuit lib. 7. Conf. cap. 9.

Extol

Extollebant sæpius Molinæ vindices, Sæc. XVII.
A. C. 1604.
quod Moguntina, Herbipolensis, Dilingana, Ingolstadiensis, Viennensis, Græcensis, Trevirensis & Mussipontana Universitates pro Molina iudicium suum tulerint: ast flocci habebatur earum sententia, eoquod harum Academiarum Magistri nec ab Episcopis, nec a summo Pontifice hac super re consulti undantaxat parte rogante, imo postulante suam protulerint sententiam, aliunde vero omnes hæ Universitates a Jesuitis, eorumque pedissequis regerentur.

§. XC.

*Congregationes LV. LVI. LVII.
LVIII. LIX. & LX.*

Ad diem trigesimam Junii indicitur Congregatio quinquagesima quinta, ad quam & deinceps novi aggregabantur Cardinales Anna Descars de Givri, Ferdinandus Taberna, & Anselmus Monopolitanus. His igitur, ceterisque pro more præsentibus Clemens Papa postrema hæc quæstionis nuperæ verba *an hoc modo* &c. discuti voluit, ex quibus concludi videbatur, quod si intellectus proponat voluntati Deum ut summe bonum & justum, proponat ipsum tanquam rem pertinentem ad fidem, proin tanquam objectum fidei superna-

*P. Serry
hist. Congr.
l. 3. c. 37.
& seqq.*